11

De pncipe tenebrarum et socijs eius ;

Appropiquãs autẽ anima uidit pncipẽ te-
nebrarum et pfundum inferni. Que aũt
et q̃lia ibi uiderit inaudita tormẽta sicẽ
tum capita et in vno q̃ꝫ capite cẽtum linguas ha
beret enarrare nullo modo posset ibi uisus est pn
ceps demonũ qui magnitudine p̃cellebat omẽs
bestias quas ip̃e tũdalus antea uiderat. Cui9 qñ-
titati corporis ipsa que viderat anima nichil sae
bat conpare. Erat illa bestia nigerrima sicut cor-
uus formam habẽs hũani corporis a pedib9 vsqꝫ
ad capud excepto qd plurimas habebat man9
habebat etiam et caudam. Habebat enim non
minus mille manus. Habebat qꝫ in longitudie
quasi centũ cubitos. in grossitudine vero decem.
Vnaqueqꝫ man9 digitos uicenos habebat. et di
giti eius habebant in longitudine centenas pal-
mas. grossitudine vero denas. Habebãt vngues
lanceis multum grossiores. et longiores. et ipsos
ferreos. In pedibus totidem. Rostrum ei9 nimis
longum et grossum. Cauda asprima et lõga ad
nocendum aiabus. aculeis acutissimis p̃parata.
Jacet autem illud horribile monstrum super cra-
tem. suppositis ardentib9 prunis. et innumerabili
multitudine demonibus follibus sufflanciũ. Cir-
cũdat autem ipsum tãta multitudo demonum. et
aiaꝝ. q̄ nulli credibile esset. quod mundus tot


TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
gefördert durch die DFG